Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26271
Copyright: Admont, Benediktinerstift



calciamenta. Numquid humanorum pedum infirmitas patiens
nuditatis. Si in sancta terra et peccatorum spinis atque aculeis non ob
sessa. ut moysi dictum est nudis pedibus staturi ammonemur
non alium ingressus nostri quam quem a xpo accepimus apparatum.
Neque uirgam in manibus idem potestatis eterne uira non indigi ha
bentes uirgam de radice iesse. Namque alia fuerit non erit xpi
instructi omni superiore sermone ad confitendum iter seculi
gratia. uiatico. ueste. calciamento. potestate. In his enim
operantes digni mercede nostra reperiemur. idem per horum perse
uerantiam celestis spei premia recepturi.
In quamcumque ciuitatem intrauerit. interrogate quis in ea
dignus est. et reliqua. Leuia forte dominus dedisse apostolis precepta
existimabitur. quodque se usque admonita introeundi. habi
tandi. morandi. exeundique submiserit. Hec quidem in
tellecta simpliciter sanctorum modestie congruunt. ut cum
digno sit hospitalitatis. ne ue per incuriam aut igno
rantiam cohabitatione probrose familie polluantur.
Si introeuntes ciuitatem de digno iubet interrogari.
et cum eo habitare usque ad perfectionem. domum quoque ab
introeuntibus pacifice salutari. Que si digna est. et pacis
communione sit digna. Si indigna. pax inuicem
reuertatur. Qui autem non receperint eos sermonesque eorum
excusso pedum puluere. eterne maledictionis semi
na relinquenda. Hec pax a discipulis domini domo
attributa. non mediocriter sensus intelligentie commouere.